

Heinrich Müller

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis D. Henricus Müller/ Theol.
Prof. Ordinarius ... Ad Exequias Quas ... Matronae Magdalene Rungen ...
Matthaei Röseleri relictae Viduae Liberi moestissimi hodie paratas cupiunt
Omnium Ordinum Cives Academicos peramanter invitat : P.P. XXII. Febr. Anno M
DC LXIV sub sigillo Rectoratus**

Rostochi[i]: Kilius, 1664

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777422328>

Druck Freier  Zugang



Müller, H.,
in

Magdal. Runge,

uxor. M. Röseler.

Rost.(1664.)


18.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/pnn777422328/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn777422328/phys_0002)

DFG



12.

PROGRAMMA
RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS

D. HENRICUS

Wüller /
Theol. Prof. Ordinarius, Facul-
tatis suæ hodie Decanus & ad Div.



Mariæ Pastor

AD

Exequias

Quas

Pie & honeste Matrone

MAGDALENÆ

Xungen /

Viri vñ c̄ ažioꝝ

MATTHÆI RÖSELERI

relictæ Viduæ

Liberi moestissimi hodie paratas cupiunt
Omnium Ordinum Cives Academicos peramanter

invitat

P. P. XXII Febr. Anno M DC LXIV

sub sigillo Rectoratus.

ROSTOCHI,

Typis JOHANNIS KILI, Acad. Typogr.



Icut pomo innascitur vermis, & vino immixta sunt fæces, ita voluptati innatus est suus dolor, in quem despumat tandem, inq; eum velut in fæces desinit. Non inconcinne dixerunt Philosophi veteres, DEUM duplex habere dolium, fellis unum & alterum mellis, ex quo cuiq; suum craterem propinet. Hoc illud γλυκύπηεν I. svaramarum, de quo apud illos sparsim multare perias. Audi Comicum, qui Ita, inquit, *Duis placitum est: ab eodem culmine voluptas, & ei maior comes sequitur.* Pensita illa Apuleii l. ii. Floridorum: *Verbum verum est profecto, quod adjunt: Nihil quicquam homini tam latum divinitus datum est, quin ei admixtum sit aliquid difficultatis; ut etiam in amplissima quaq; latitia subsit quæpiam vel parva querimonia conjugatione quadam mellis & fellis: ut, si quid illud solvit,*

*vit, hoc adstringat Recole illa Ciceronis l. II. de Orat.
Amores & deliciae celeriter deflorescunt, & in omnibus re-
bus voluptatibus maximis fastidium finitimum est
Non minus eleganter Severinus Boëtius
l. III, metro 7.*

*Habet omnis hoc voluptas,
Stimulis agit fruentes,
Apiumq; par volantum,
Ubi grata mella fudit,
Fugit, & nimis tenaci
Ferit icta corda morsu*

Huc quoq; facit Apologus ille Platonis in Phœdo, ubi Voluptas & dolor apud Jovem se invicem accusant, & convitiis laces- sunt supra omnem modum: ille, sed frustra, rem omnem componere vehementer allaborat. Tandem secum ipso consilium iniens, conciliatum iri animos tum demum ratus est, si adamantina colligarentur cate na, ut, quantumcunq; odiis dissiderent, semper tamen simul essent, seseq; mutuo se querentur. Si queras, cur fellea melleis semper sint admista? respondet Ambrosius libr. I. de Cain & Abel c. 4. *DEUS deliciis &*

gaudiis

gaudiis nostris ponit modum, ne supraalveum effusa ratio-
neum obruant. Concinnius Augustinus Serm.
xxviii in Matth. Ideo DEUS felicitatibus terrenis a-
maritudines miscet, ut illa queratur felicitas, cuius dulce-
do non est fallax. Omnia optime Chryso-
stomus Homil. in Ps. cxxiii Ideo DEUS nec ho-
mines semper dimittit in tristitiis, ne deficiant; nec in quie-
te & prosperitate sinit, ne fiant socordiores: sed mutatio-
nibus ac vicissitudinibus eorum salutem evariat. Nimi-
rum nec in turbidis adversisq; rebus de for-
tuna secundiore desperandum omnino;
nec in secundis & optatis efferendus pror-
sus animus, quandoquidem in vita huma-
na perpetuò tristia lætis, ac læta tristibus
succedunt, & voluptas dolore, dolor vo-
luptate temperatur. Experta hanc fati vi-
cissitudinem BEATA nostra, quæ misera-
cum esset multorum judicio & suo ipsius
sensu, in primis ex quo ærumnosum vidui-
tatis onus altera vice sustinuit, nunc felle in
mel merum commutato, æterna fruitur
beatitudine. Nata est Matrona hæc hone-
Emilia LUDWIG. 4. 10. 18. 8. 18. Job
Wittenberg

stissima MAGDALENA Rungen in hac ad Varnum
civitate, Anno MDCI d. XXV Augusti. Patrem nacta
JOHANNEM Runge, Civem heic loci & Cerevisiari-
um, eximio candore & prudentia Virum: Matrem
HELENAM Gärlings, Daventriensem ex Geldria,
ornatissimam fœminam. Avum Paternum sortita fuit
Virum Amplissimum HENRICUM Rungen. Consu-
lem hujus civitatis bene meritum; Aviam Paternam
MAGDALENAM Gölers, fœminam vel hoc nomine
præclaram, quod LXXX annos vivendo, s. potius
paulatim moriendo, assecuta est. Avus maternus ei
fuit JOHANN von Düren / Aviamaterna ELISABE-
TA Schierlinges. His a parentibus unum, & quod
excurrit, annum nata cum patrem amisisset, mater
nihilo minus eam non equidem cutem falso medica-
mine polluere, non genas purpurisso oculosve cerussa
pingere, non Amadisi pestilentem & ad inficiendum
natum librum avide perlegere, sed JESUM agnosce-
re, agnatum amare, amato inservire ex animo docuit.
Nec quicquam in formanda & educanda rite filia curæ
renisit pia Mater, postquam ad secunda vota transi-
ens in torum venit Viri prudentissimi CASPARIS
Schwarzkopfen, Civitatis hujus Senatoris & Camera-
rii præclari, sed adhibita mariti (qui nomine Vitricus
reipsa Patrem se exhibuit benevolum beneficumq;) opera ut pietatis cæterarumq; virtutum virginalium
in ea promotum iret incrementum nullum non movit

lapi-

Iapidem; Quo factum, ut cum annum ætatis suæ at-
tigisset vigesimum Vir Spectatissimus VALENTI-
NUS STRELENIUS, Senator Rostochiensis, illam
sibi ambiret conjugem, & exambitam haud difficul-
ter, solemnibus nuptiarum rite peractis *Anno M DC XXI*
domum duceret. Quod conjugium pacatum equi-
dem fuit & voluptatib⁹ haud unis respersum, sterile ta-
men & afflictionū quodam amarore subinde tempera-
tū Nimirum, ne inescemur terrestrib⁹ & tædio quodā
cœlestium capiamur, crucem immittit DEUS: Hæc
JESUM dulcescere & mundum amarescere; hæc cœ-
lestia dulce sapere, & terrestria desipere facit. Feren-
dis afflictionibus haud impar erat NOSTRA DEI o-
pe adjuta & Conjugi, qui fulcri instar præstabat, inni-
xa. Ast summoto per mortem hocce fulcro, illa cor-
ruisset tota, nisi qui suorum in temptationibus quam-
maxime curam gerit accuratam DEUS, & adstitisset
ipse in viduitate ærumnosa, & elapo viduitatis anno
uno ei de novo prospexisset fulcro, quod afflictionum
oneri ferundo suppar esset. Factum enim est, ut DEO
pronubo, *Anno M DC XL I MATTHÆO Roselern/*
conjugalem amorem addiceret, quod fœdus connu-
biale postquam solennibus nuptiis confirmatum, con-
stantissime etiam, sed itidem absque prole, non vero
exoptata tranquillitate, annis *xxi* cultum fuit. Quo
iterum *Anno M DC LXI d. XI Octobris* viduata ma-
rito,

rito , turturis adinstar solitariam sibi vitam elegit , & gemebunda domi , velut in oratorio , desedit , raro visa inter plures , nisi ubi DEO proximoque inserviendi data est occasio , Virtutum , quibus Paulus viduas , vere & animo tales , ornatas esse vult , studiosissima semper fuit speravit in DEO , perseveravit in supplicationibus & precationibus nocte ac die , in operibus bonis idoneo testimonio ornata fuit , sanctorum (sicubi occasio oblatâ) pedes lavit , afflictis subministravit , omne opus bonum assidue fuit sectata , I. Tim V. Undecimo Februarii è templo domum redux morbo corripi lectumve premeret cœpit , qui cum adeo usque eam subigeret , ut sensim vires collabescere omnes (mœrore & senio non parum cooperante) persenticeret , de animæ cura in primis sollicita d. XV Febr. viatico cœlesti refici voluit , quo refecta XVI Febr. inter adstantium suspiria constante mente compositoque vultu pie ac placide exspiravit .

Nostrum est , CIVES ACADEMICI , Matronæ honestissimæ memoriam sacram habere , in primis ob Generi , Viri pl. Reverendi & Amplissimi Dn. BERNHARDI GOSMANNI , Theologi Doctoris præclarissimi & quondam in hac Universitate PROFESSORIS celeberrimi , nunc Stralsundenium PASTORIS fidelissimi , Viri incomparabilis , LUMINIS olim .

olim Academiæ, nunc Ecclesiæ Christi splendidissimi,
Amici & Fratris in Christo æternum mihi venerandi,
insignia in Academiam hancce merita, quorum si de-
memores simus unquam, DEUM vix habituri erimus
propitium. Quapropter vel hoc nomine, *Cives hono-*
rati, exequias Matronæ optimæ tecum ite frequen-
tes, & inter eundum recolite istud Gregorii I. XXIII

Moral. *Quot dies vita peragimus, quasi in itinere ad lo-*
cum propositum, tot paſſibus propinquamus; præ-
sentem vitam quasi viam subigendo

transsumus.

Convenietur horadimid. II. in æde

Jacobæ.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/pnn777422328/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn777422328/phys_0013)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/pnn777422328/phys_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn777422328/phys_0014)

DFG




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/pnn777422328/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn777422328/phys_0016)

DFG

rito , turturis ad instar solitariam sibi vitam
gemebunda domi, velut in oratorio, desedi
inter plures, nisi ubi DEO proximoque
data est occasio, Virtutum , quibus Pau
vere & animo tales , ornatas esse vult , si
semper fuit speravit in DEO , perseveravit
in onibus & precationibus nocte ac die , in operibus
neo testimonio ornata fuit , sanctorum (sicubis
latâ) pedes lavit , afflictis subministravit , om
num assidue fuit sectata , I. Tim. V. Undecim
è templo domum redux morbo corripile
mere cœpit , qui cum adeo usque eam subig
sim vires collabascere omnes (moerore &
parum cooperante) persentisceret , de an
in primis sollicita d. XV Febr. viatico cœle
luit , quo refecta XVI Febr. inter adstanti
constante mente compositoque vultu pie
exspiravit.

Nostrum est, CIVES ACADEMICI
honestissimæ memoriam sacram haber
ob Generi, Viri pl. Reverendi & Am
BERNHARDI GOSMANNI , Theolo
præclarissimi & quondam in hac Univer
FESSORIS celeberrimi, nunc Stralsund
STORIS fidelissimi , Viri incomparabilis



the scale towards document